

tam posteris quam presentibus vniuersis, Quod nos auctoritate presencium tam ex parte nostra quam ex parte patris nostri, andree towæ. son. plenariam potestatem committimus skotandi Nobili viro domino Rangwaldo dicto Mulæ, et a nobis et heredibus nostris, et patris nostri, alienandi, Curiam nostram jn slædini, Cvm colonijs ibidem et omnibus suis pertinencijs jntra sepes et extra, vna cum molendino jn offrud, et molendino jn thengini quod possedit magnus dax. son. Et hoc omnibus quorum jntimamus, Sigillum nostrum presentibus apponentes. Datum Dýmmu. Anno Domini M°, CC°, XC° VIII°. secunda die Natalis domini.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1259.

1298 d. 28 Dec.

Dýmmu.

Biskopen BRYNOLFS i Skara bref på en gård i Wam, som lemnas Skara Domkyrka i ersättning för Tengened qvarn, hvilken han afstått till Ragnvald Mule.

A. 3. 2. 1.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. B. dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus, vniuersis tam posteris quam presentibus, quod, quia dedimus Nobili viro domino rangwaldo dicto mulæ pro rebus sibi per fratrem nostrum magnum ablatis molendinum ecclesie scarensis situm jn thengini, quod possedit magnus dax. son. nos ipsius ecclesie jndempnitati consulere volentes, Curiam nostram maternam jn wam, Cvm colonia & molendino ibidem, ac omnibus bonis mobilibus & jnmobilibus, agris, pratis, nemoribus, ac ceteris pertinencijs jntra sepes & extra, jn recompensacionem prò dicto molendino eidem ecclesie scarensi refundimus & irreuocabiliter assignamus. Renunciantes omni juri quod nobis vel heredibus nostris jn dicta curia compeciijt, vel competere posset de jure vel de facto. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dýmmu Anno domini M°, CC°, XC° VIII°, jn die sanctorum jnnocencium.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1260.

1299 odat.

Tribek.

JOHANNES af Myreby intyg om den vänliga öfverenskommelse, som Benedicta Holmstens dotter ingått med sina släktingar med afseende på deras arfsanspråk, innan hon blef Nunna i Skeninge kloster, samt under hvad vilkor hon till detta kloster skänkt sina gods.

A. 3. s. 2. 5.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris JOHANNES dictus PARUUS de Myrby Salutem in domino sempiternam. Quia rite & racionabiliter acta

sepe reuocantur in dubium & multociens impugnantur maliciis hominum peruersorum nisi presencium prouidencia satagat rerum gestarum seriem ad noticiam deducere posterorum. Idcirco notum facio tenore presencium vniuersis. quod prius quam Soror benedicta quondam filia holmstani de biergum religioni se traderet. Ego secundum iudiciariam sentenciam domini benedicti legiferi ostgothorum omnes cognatos & propinquos eiusdem sororis. b. secundum leges terre rite & legaliter citaui quod wlgariter dicitur stæfnæ vni in curia & omnibus in pretorio. exhibens eisdem omnia bona ipsius sororis. b. ad emendum propinquis ex parte patris exhibui bona paterna & propinquis ex parte matris bona materna. Prefate igitur sororis .b. veri heredes & propinqui non sufficientes nec volentes emere bona memorata ad ipsam in biergum conuenerunt humiliter postulantes. quatinus de suis bonis eis daret partem aliqualem resignantes toti iuri quod habebant in reliquis bonis ipsius. ita quod ea omnia tam mobilia quam immobilia. dare vendere posset libere ac de ipsis alio modo quocumque ordinare secundum propriam voluntatem. hanc resignacionem rite cum legalibus que dicuntur festnæ wlgariter facientes. Soror autem benedicta veris heredibus suis. videlicet sorori patris sui que vocabatur øa. & filijs ipsius halstano & thoro dedit bona sua patrimonialia que in bøtharum & bøthaas possidebat. quam donacionem predicti heredes gratanter acceptantes. toti iuri quod habebant in reliquis bonis sororis benedictæ. sicuti supradictum est voluntarie atque publice resignarunt. presentibus. Gerdaro dicto tanne. ærinwardo de biergum. birgero vlfwidinsun & fratre ipsius laurencio. ac aliis quam pluribus fidedignis qui omnes vna cum supradictis heredibus sororis .b. in resignacione prefata tenuerunt super festnæ. Ego autem eandem resignacionem legaliter publicauit. quod wlgariter intelligendum est. iac skildhi fyr festnum. Preterea compositione prefata inter sororem .b. & heredes suos racionabiliter acta ac vtriusque partis consensu plenario confirmata. Soror .b. religioni se contulit ad sorores ordinis predicatorum skeningie cum omnibus bonis suis. Tali conditione interiecta quod si umquam kalmarnie claustrum sororum contingeret inchoari. ipsa cum omnibus bonis suis illac libere se transferret. & quod nullus hominum in hoc ipsam posset aliquatinus impedire. Sub hac ergo conditione sepedicta soror .b. claustrum intrans sororum skeningie. omnia bona sua eisdem sororibus legaliter resignauit. presentibus domino Nicolao sestredasun. domino Nicolao holmfridasun fratre petro priore skeningensi. fratre thorstano priore kalmarnie fratre Nicolao lectore skeningensi. Johanne thorasun. Gerdaro dicto tanne. Magno de stafby. Nicolao karsun. et hii omnes mecum in resignacione bonorum sororis .b. facta skeningie. laurencio de snythringi ex parte sororum. tenuerunt super festnæ & Johannes thorasun ipsam resignacionem secundum leges terre rite publicauit. wlgariter dictum skildhi fyr

festnum. nullo iuritus cognatorum seu propinquorum sororis .b. contradicente ordinacionibus memoratis. In testimonium predictorum sigillum proprium vna cum sigillis domini Nicolai legiferi werendensis. & domini Nicolai sestredasun & Johannis thorasun. duxi presentibus apponendum. Datum in Tribek. anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> Nonagesimo Nono.

Alla fyra sigillen finnas nästan oskadade.

1261.

1299.

ANDREAS', med sin moder Margareta bifall, gjorda testamentariska anordning af sin qvarlätenskap.

A. 4.

IN nomine Patris & filij & spiritus sancti amen IN opinatus hominum transitus ex hoc seculo multos ffefellerat & salubria proposita relinqui fecerat imperfecta hac consideracione ductus, Ego ANDREAS cum beneplacito karissime matris mee margarete meum testamentum condo in hunc modum, Fratribus predicatoribus in sictonia aput quos eligo sepulturam confero dextrarium meum cum cuparthyr taster cum sella muzam cum plata pro utroque testamento meo & uxoris mee ingiburgis non dum soluto, Jtem fratribus in stocholm III:or marcas .III. marcas den. gardiano ibidem, Fratri siguido confessori meo .II. marcas den., ad solucionem istorum pro pignore pono armaturam meam, Ecclesie loghø cappellam meam sacerdoti .I. marcam, Ecclesie skanald .II. marcas sacerdoti .I. Ecclesie ualandatunum .I. marcam matri mee vnum balteum argenteum, & V. solidos terre in aua ad uitam suam, Jtem uxori mee Bothilde V. oras terre in smahambrum cum omnibus attinenciis, pro dote .III. oras duas reliquas ex propriis comparauit, Jtem omnes uestes quas dederam sibi, vnum monile argenteum, duos leones argenteos, & unum anulum, ista omnia sint extra sortem, Jtem famulo meo nescunung vnam muzam cum plata & hoffæner, ffamulo meo petro capam meam, kætilmundo tunicam & colobium meum, testes horum sunt mater mea dilecta uxor mea frater siguidus, ericus uicinus meus rangwaldus & multi alii, ad solucionem debitorum meorum pono curiam meam ringkaby, Exequutores huius mei testamenti constituo dominum bryniolphum prepositum & rangwaldum de uiby quos rogo ut meam in premissis uelint exequi uoluntatem, In huius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum & sigillum domini philippi de runby, & sigillum prioris sictuniensis instanter apponi peto, Datum Anno domini. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. Nonagesimo. Nono.

Sigillen N:o 1, 3, bortfallne, N:o 2 skadadt..

1262.